Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

sic enim et opinio et vera et falsa. sed
opinioni quidem inest fides
non enim contingit opinantem de
quibus non videtur credere. bestiarum
autem nulli inest fides. fanta-
sia autem multis. amplius si omnem
opinionem sequitur fides. fidem
autem suasum esse. suasionem autem ratio.
bestiarum autem quibusdam fantasia quidem
inest. ratio vero non. manifestum quod
neque utique opinio cum sensu neque
per sensum neque complexio opinionis
et sensus erit fantasia propter hoc
et manifestum quod non alia quedam
est opinio sed illa que quidem est
cuius est et sensus. dico autem ex
albi opinione et sensu complexio
fantasia est. Non enim ex opinio-
ne quidem est albi ex sensu autem
boni. apparere igitur est opinari
cuius quidem sentitur non
secundum accidens. apparent et falsa de quibus
simul acceptionem veram habet.
et videtur sol unius pedis sed
creditus est maior terre habitati-
one. Accidit igitur aut abiecisse
sui ipsius veram opinionem quam
habebat salvata re obliviscentem
decedentem aut si adhuc habet ne-
cessarium eandem esse veram et falsam.
sed falsa facta est cum lateat trans-
siens res. non igitur ergo unum
aliquid horum est neque ex
hiis fantasia. Sed quoniam est mo-
to moveri alterum ab hoc. fanta-
sia autem motus. videtur esse et non sine
sensu fieri sed in hiis que senci-
unt et quorum sensus. Est autem
motum fieri quod ab actu sen-
sus et hunc similem necesse
esse sensui erit utique hic motus
non sine sensu contingens neque
non sencientibus inesse et multa
est secundum ipsam facere et pati et

habens esse veram et multis
esse falsam. hoc autem patitur propter hec. Sensus pri-
orum quidem sensibilium est verus aut
quam paucissimum habens falsum. Secun-
dum autem de accidere hec et hic iam con-
tingit mentiri quod quidem enim album
non mentitur. si autem hoc album
aut illud mentitur. Tercio autem
communium et consequencium accide-
ncia. quibus insunt propria. dico
autem ut motus et magnitudo ac-
cidunt sensibilibus esse que est
maxime iam decipi secundum sensum.
Motus autem ab actu factus. Differt
a sensu qui ab hiis tribus sensi-
bilibus. Et primus quidem presen-
tis sensus verus. Illi autem presentis
et absentis erunt utique falsi
et maxime cum procul sit sen-
sibile. Si quidem igitur nichil aliud
habet que dicta sunt nisi fantasia.
hoc autem est quod dictum est. fantasia u-
tique erit motus a sensu secundum actum
factus. Quoniam autem visus maxime sensus
est et nomen a lumine accepit
quoniam sine lumine non est videre
et quia immanent et similes sunt
sensibus multa secundum ipsas operantur
alia quidem quod non habent intelle-
ctum non habent ut bestie. alia au-
tem ex velamento intellectus [illegible]
passiones aut egritudines [illegible]
sompno ut homines. De fanta-
sia quidem igitur quid est et propter
quid est dictum sit in tantum. [illegible]

De parte autem anime qua cognoscit
anima et sapit. sive separabili
existente sive non separabili secundum magni-
tudinem sed secundum rationem considerandum
quam habet differentiam et quomodo quidem
fit ipsum intelligere. si igitur est
intelligere sicut sentire aut
pati aliquid utique erit ab in-
telligibili aut aliquid huiusmodi alterum